



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XII. Die Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

minis interrupta serie nascentibus, pietatem ingressis ad immortales evocatus. Orandi, ac omnia quæ illi incumbebant curatè omnibus numeris absolventi fuit studiosus, & in DEIPARÆ Virginis cultu constans. Quippe qui si Rosario recitando interdium fatigatus otij nancisci non posset, veniam impetratam id noctu persolveret ac postridie bis illud evolueret. Morti iam appropinquantem vires adeo destituerant, ut per eas ei consuetum Rosarium

recitare minimè sciret. Ergo ingenio supplendum ratus, magno pie tenentis sensu Magistrum rogavit ut quando ipse id quod vehementer optaret minimè posset, iuberet ipse Novitium quendam sibi adesse, qui clarè voce coram se Rosarium recitaret: velle se illum orantem corde attento sequi, ut cor sit linguæ iam ad hæc tarde ac minimè idoneæ supplementum.

Constantia in cultu B. V.

## XII. DIE MARTII.

## IOANNES DE BANNOS COAD.

catus paruit, ita ut erat altero tantum pede vestitus. Moriens rogatus quomodo haberet, valde bene sibi esse, ac insigni solatio se recreari respondit.

## P. MICHAEL LAURETANVS.

Cognomen illi à Lauretana B. V. domo adhaesit, in qua sanctuario illi servivit puer. Ibi conceptam erga B. Virginis cultum propensionem ita semper aluit, ut nihil aggredere, nisi prius illam in consilium auxiliumque pie innitatur. Collegij Germanici primus Rector cum ad iuvenes dicturus esset, meditare omnia coniciebat in chartam, & illis efficacitatem oratione, ac sui dictatione à Deo flagitabat, & conscientiam religiosè expiabat. Nitor domus Dei valde illi cordi erat. Ipse templum scopis vertere, ipse ceram è pavimento abraderet, omnia depurgare. Sacram Hungarorum ædem, cui S. Stephani rotundi nomen, itemque S. Apollinaris templum pictis Martyrum trophæis ornavit. Illum à Claudio Aquaviva Generali visitatorem in Poloniam destinatum,

Illiricus Romæ. 12. Mar. 1587.

B. P.

Septem fratres in Societate.

B. V.

Hispanus Valentia. 1575. die incerto Societatis ingressus, 12. Mart. 1559.

Ante initam Societatem uxorem in matrimonio habuit, non alio quam sororis loco. Noctis partem alteram somno, alteram orationi proluxa dabat. In Societate quoque noctu non semel deprehensus humi flectens, & orans, Calceorum soleas fortè auulsas accommodari non curabar, ut S. P. Ignatii exemplo pedes affligeret, aliàs quoque crebro, & vario cruciatu seuerus in corpus, quod non nisi inuitus, & modicè pascebat, multis autem, spontè quoque inuentis laboribus atterebat, nihil sibi laxamenti vsurpans, nec solis ardorem timens. Impetrarat Gandia ut alenda suæ pietatis causâ, posset eum Novitijs versari, ubi si somnus illi obreperet, Magistri Novitiorum iussu scamnum conscendebat, ibique perstabat. Fuit cum totius vnius noctis pernegilatio dura visa non est sic in scamno illo stanti. Mane postridie istic repertus causam petentibus, respondit, sibi fuisse imperatum ut in scamno illo staret, non verò ut descendere. Valentia verò à Superiore benè mane inter surgendum vo-

Obid. 1600.

destinatum, Alumnorum preces apud Pontificem fusæ retinere. In arceffendis indulgentiarum lucris, & in voluntarijs corporis cruciatibus suscipiendis erat studiosus; Purgatorio quod valde timebat, breuiando, vel mitigando. Illarum animarum leuamento instituit, vt quoties Collegium Germanicum 7. Urbis Ecclesias obiret, per iter defunctorum officium recitaret. Experrectus illi animus ac fortis, vnde timidos & ignauos fratres limaces appellabat, ad verba tam fuit attentus, vt is qui longo tempore cum illo vixit, atque attentè id obseruauit, dixerit; nunquam à se vllum otiosum verbum è P. Lauretani ore audire, Castitas illi temper illibata in corpore duritate insigni tractato; somnum non nisi vestitus capiebat. Castitatem aiebat esse quò pulchriorem, eò fragiliorem, eoque fœminarum colloquium nunquam nisi breue, in templo, vrgente necessitate admittit: paupertas illi humillima; nullum admittebat cubiculi administrum, nec vestes nisi detritas. Prudentia in illo, & futurorum è presentibus præsignificandorum felicitas singularis, rebus ita euentu firmatis, vt illi longè ante præflagitione anteceperat.

Lingua.

L. 1774.  
Castitas.

## RODVLPHVS EMERSONIS NOVITIUS.

Anglus Audo-  
domari, 12.  
Mar. 1604.  
Soc. 1.  
Patientia.

Fides.

Hic Edmundum Campianum in Angliam duxit, homulus ab illo dictus, quod corpore pusillo esset. Diuinae Matri horarias preces quotidie exequabatur, pietate insigni patientiam illam condians quâ dolores morbi longinqui ferebat, nempe analecta ærumnarum per ipsos 20. annos in Anglicano carcere toleratarum, in quem

odio Catholicae fidei coniectus, & postea in exilium pulsus.

GEORGIUS SCHERT-  
LEM NOVIT. SCHOL.

Hunc adolescentem quâ corporis, quâ animi formâ egregium laudant annuæ à pietate ingenuâ, verècundiâ, castitate singulari, alijsque dignis Nouitio sancto virtutibus. Mors tamen illius aded fuit lætabilis, vt in stuporem verterit audientes. Die sancti sui Patroni quem in mensum Martium consuetâ sorte acceperat, moriens, non se capiebat præ voluptate quod in Societate, quod conceptis (Superiorum permissu) votis moreretur. De eius verba ex annuis: Benedictus aiebat, Deus in æternum? Benedictus Patrem, & Filium, cum S. Spiritu? Benedictus Deus qui me ad hanc felicem horam perduxit? Sic illi tranquillè obrepfit iucunda mors. Videtur hic in Societatem à Deo accitus vt pretiosè, inter suaues migraturâ spiritus delicias moreretur.

P. G A S P A R  
SANCHEZ.

Humanaiora per ipsos 50. annos docuit, magnâ humilitate diligentia, fructu literario, & virtutis. Viuebat in augusto illo pectore Deus, animarum sitis magna omnino, & singularis planè ac eximia sui contemptio. Institutum Societatis quanti faceret, prodebat verbis, & exemplo, cum eius leges religiosi moribus perscitis exprimeret.

P. HIERO-

Suevos  
Treniris 12.  
Mar. 1605.Sanctus  
Menstruus

Vocatis.

L. 1774.

Hispanus  
Madridij 10.  
Mar. 1609.  
Soc. 54.

P. HIERONYMVS  
DE FLORENTIA.

Hispanus  
Madriti. 12.  
Martij.  
alius pont.  
13. 1633.  
ætat. 68.  
502. 54.

Concio.

Monere.

Inter tres fratres germanos in Societate admittos natu medius, ingenio, & facundiâ præstans, & verè Ecclesiastes veritatis, quam sibi à nullo mortalium toties tamque apertè atque ab illo dictam aiebat Philippus III. Hisp. Rex; at illam tantâ dicentis modestiâ fuisse conditam, vt non solum nunquam stomachum sibi mouerit, verum ad sapius audiendum, & obediendum etiam excitari. Conuersatio illius in Cælis erat, etiam inter homines, quibus per priuata colloquia non minus profuit, quàm per celebres illas 30. annorum conciones. Legum interpretem non alium, quàm obedientiam admittebat; vnde ad litteram quod aiunt, scriptæ, ac viuâ voce pronuntiata legi obediebat. Philippus III. Rex moriens illum sibi pro agone adesse voluit. Eodem in morbo cum egregiè operam suam probare illum videret, monuit Hieronymum Rex vt aliquid postularet; respondit; id se vnicè flagitare vt cõtritionis actum quantâ posset, diuini amoris contentione viribus totis elicere conaretur. Quatuor extremis annis in paralyti, ac ferè in obliuione iacuit, vir tantæ in aula celebritatis. Accessit ad hæc perpetuus conscientie scrupulis excruciatæ metus, qui tamen extremis diebus in serenitatem quandam diluxit, quâ plenus cessit è vita.

P. ALEXANDER  
GOTTIFREDVS.

Italus  
Romæ. 12.  
Mar. 1652.  
ætat. 57.

Hunc è lustrali Sacramento Baptismi pro eo sponsor factus Paulus V.

postea summus Pontifex suscepit; ad tyrocinium euntem Cardinalis Marianus Perbenedictus ira est allocutus; Macste virtute, ac i. fœlix Alexander, ad Societatis I E S V Tyrocinium cuius futurus es aliquando Præpositus Generalis. Id quod anno 1652. 21. Ianuar. factum est, illo in Generalem electo quidem sed alterâ, & quinquagesimâ nouæ præfecturæ die acerbâ morte extincto. Fuit vir ferij valdè, ac ad agenda omnia vehementer intenti ingenij. nihil obiter agebat, nec agi volebat. Est qui affirmet, illum non semel visum Neapoli, dum inter illa turbamenta Vistatorem ageret, ipsas quinque horas eorum Sanctissimo Sacramento inter preces duxisse. Incredibilis erat in illo contemptio commodorû corporis, animo semper ad magna eminente, atque ita velut se minora ducente. DEIPARÆ sine macula conceptæ triumphos, procius ad S. Laurentij in Damaso sodalitia, apparatione Romæ, rarò, si vnquam alias visâ celebrauit. Imperterritum, capax, indefesque ingenium; vigil semper animus, experrectum disciplinæ primigeniæ accurandæ studium, paternus erga nationes animus, parata in petentes, & rerum potiùs, quàm verborum plena officia, continua quædam velut tyrannis in corpus. seuerum frænum sensuum, sui despiciatio nobilis, in eo luculenter eluxere. Nobilitatem illius, & pace domi, & armis foris, olim inclytam si quis laudaret respondit: *Nobilitas vera, est vera humilitas.* Totus in Cælestibus habitabat, & ad æternarum rationum lumen citra vllos humanos respectus volebat agi quicquid fieret. Vnde *cælestis cuiusdam mixtura vir* dictus est quibusdam.

Eucharist.

B. V.]